



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

XIX. De scriptis ab eo editis

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

350 DE VITA FRAN. BOR.

rum autem fidem longo vsu, experimentisq; probasset, his fide-
re suetus, & multa indulgere.
Falli, quam male de aliis, & ini-
que suspicari; accipere item in-
iuriam, quam facere malebat.
Ingenij bonitate, supra medio-
critatē litteras est adeptus, præ-
fertim sacras, quibus, vt par est,
delectabatur impensis: partim
studio, diligentiaque, partim
oratione pia, meditationeque
rei um aeternarum.

CAPUT XIX.

Descriptis ab eo editis.

Scripsit, Ducus munus
etiamnum sustinens, libel-
los sexad pietatē excolendam:
non infrugiferos ijs, qui ad per-
fectae vitæ metam contende-
rent: qui Latine in vulgus editi,
Alphon-

Alphonso Deca, Compluti So-
cietatis Theologo, interprete,
circumferuntur. Singula nunc
recensebo. Primum Concio
est habita in illud Lucæ Cap.
XIX. *Vt appropinquauit I E S V S,*
videns ciuitatem, fleuit super illam.
Speculum item operum Chi-
stiani hominis. Collyrium spi-
rituale: quo docet se quemque
nosse oportere. Dehinc est Præ-
paratio ad Eucharistiam digne-
sumendum: item Spiritus exer-
citationes, ad sui cognitionem.
Sextus est, Hymni illius decan-
tati Explanatio, *Benedicite o-*
mnia opera Domini Domino. Hæc
tantum edita, pro legitimis scri-
ptor agnouit. Commentatus
tamen est, non inferior, & alia
quædam; sed rudia, & impolita
cum essent, lucem nondū aspe-
xerunt: excepto libello de Eu an-

Q 4 gelica

352. DE VITA FRANC. BOR.

gelicā prædicatione, seu de Ecclesiastæ officio. In his erant de perfectionibus animæ Christi à conceptu, ad ultimum usque, in Cruce, spiritum. Threnorum Hieremiacæ Explanatio, quam in Pintiana, & Complutensi Academia dictauit. Meditationes item de morte CHRISTI Salvatoris, in horas diurnas, ac nocturnas distributæ. Denique Meditationes in Euangelia Adventus, Quadragenarij ieunij Dominicorum, festorumque dierum; profectæ ab oratione potius ad D E V M fusa, quam ex libris acute, & subtiliter haustæ. Quibus, tanquam iaculis diuinis, auditorum mentes, ad bonam frugem reuocando, suauiter vulnerabat, ut ad virtutis studium inflammaret, à vitijs deterreret.

D E